

Paul Tarnow Johann Tarnow

Disputatio Theologica De Peccato Originis, Opposita heterodoxae Pontificiorum doctrinae, quomodo apud Franciscum Costerum in Enchiridii sui Controversiarum praecipuarum nostri temporis de Religione auctario, loco ultimo tractatur

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737662174>

Druck Freier  Zugang



Vort. : Ad. Tarnovius

P. Tarnovius.
R. U. Theol. 1612.

n. 19

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
PECCATO
ORIGINIS,

Opposita heterodoxæ Pontificiorum doctrinæ,
quomodo apud Franciscum Costerum in Enchiridij
sui Controversiarum præcipuarum nostri temporis
de Religione auctario, loco ultimo tractatur.

Quam

AUXILIANTE DEO TRINUNO

Præside

Reverendo & Clarissimo Viro

DN. PAULO TARNOVIO

S. S. Theologiæ Doctore & Professore primario,

atq; pro tempore

Rectore Magnifico,

In illustri Academia Rostochiensi

a. d. VI. Cal. Iun. in auditorio majori, horis matutinis,

publicè examinandam proponit

JOHANNES TARNOVIVS.

•• (:) ••

ROSTOCHII

Typis exscripsit Joachimus Pedanus,

Anno c1s 1sC XII.

1612

DISCIPULI THEOLOGICI

DE

PECORATO

ORIGINIS

Quod sit peccatum, et quomodo
in conscientia, et in re
peccatum sit, et quomodo
in conscientia, et in re
peccatum sit, et quomodo
in conscientia, et in re



T H E S I S I.



Doctrinam de Peccato Originis, cuius saepius repetendae multae sunt cause, ad disputationem publicam proposituri, Nazianzeni illud in mentem nobis revocamus, *διὰ τὸ ὄντως λόγος πέντης, τὸ μὴ τὸ οὐκ εἶναι κατὰ τὸ ἀλόγιστον, τὴν δὲ τὸ ἐν τῆν-
των ἀναγέειντος.* & secundum eius praescriptum, aliorumq;

exempla, non minus thesin quam antithesin de hoc articulo fidei nostrae exponendam esse statuimus. Sed cum brevitatem nobis leges Academiae praescribant, & verae sententiae fundamenta in refutatione falsa necessarii intercurrant, in praesentia uberiori tractatione orthodoxae nostrae confessionis supersedentes, heterodoxam Pontificiorum, quomodo apud Costerum in Enchiridij sui controversiarum praecipuarum nostri temporis de religione auctario tractatur, examinabimus, atq; argumenta nostra ab oppugnatione illius liberabimus.

2. Tractationis suae is tria facit capita praecipua: in quorum primo summam doctrinae Catholicae (ita enim eam appellare ipsi visum fuit) proponit: in secundo ex ea tanquam certissima confectaria, seu (ut ipse vocat) doctrinas deducit duodecim: in tertio argumenta quaedam nostra (quae objectiones haereticorum idem nominat) quibus probatur, concupiscentiam in renatis post baptismum reliquam esse proprie dictum peccatum, solvere conatur.

3. Summam doctrinae suae Catholicae his quinque includit aphorismis: Primus; duplex esse in homine peccatum, actuale & originale. Secundus; originale ex actuali primorum parentum in omnibus hominibus inesse. tertius; quotquot ex primis parentibus nascimur, revera nasci peccatores, infectos peccati macula, & filios irae divinae, non solum indignos gloria caelesti, sed etiam dignos poena. quartus; hoc peccatum solo baptismi sacramento tolli infantibus. quintus; in baptizatis relinqui quidem concupiscentiam & fomitem ad pugnam: eam tamen proprii nominis peccatum non esse.

4. Nos in tribus prioribus assentimur: in duobus posterioribus nequaquam. Quia haec in sequentibus recurring, hic ijs examinandis supersedemus.

5. Confectaria deducta ex superioribus sunt duodecim. PRIMUM, tradit discrimen peccati actualis & originalis. Illud est dictum, factum aut concupitum contra legem Dei: in quo actio ipsa, materiae loco; & deformitas, loco formae: hoc vero interna animi affectio: in qua itidem duo, quae his respondent, atq; ab his producuntur, reperiuntur. nam actio illa, in qua se homo dum peccat, convertit ad creaturas, efficit in eo pronitatem ad creaturarum amorem nimium: defectio autem, qua à lege Dei recedit, aversionem mentis à Deo. pronitas illa & concupiscentia est instar materiae, aversio instar formae. Ab illo peccantes & peccatum committere: ab hoc peccatores & peccatum habere dicimur.

6. De Actuali nos concedimus: de Originali negamus, quod nimis angustè

Chem. par
Exam.
Concil. Tri
dent. p. 173
edit. Franc
1606.
ad h. 2.
187. 2.

editi Colon.
15 15 CV.

p. 168. lin. 19.
ib. l. 21.
p. 181. l. 29.

p. 167. l. 25.
l. 29.
p. 168. l. 2.

l. 6.
l. 9.

ib. l. 21.

117.

169. l. 15.
170. l. 11.
13.

1. de amif.
grat. & stat.
pec. c. 1.
p. 169. l. 31.
32.
p. 168. l. 1.
p. 169. l. 8. 9.

ad Simpl.
l. 1. q. 2.

p. 171. l. 11.

Rom. 5. 12.
1. Cor. 15. 22.
Gen. 8. 21.
Iob. 15. 14.
Prov. 20. 9.
Eccl. 7. 21.
Rom. 3. 10. 11.
Eph. 2. 3.
Gal. 5. 19. 20.
Rom. 5. 15. 16.
2. Cor. 5. 15.
1. Tim. 2. 6.
Iob. 16. 8. 9.
Rom. 3. 19.
p. 172. l. 13.
p. 170. l. 5. 16.
p. 172. l. 2.

descriptum esse, probabitur in sequentibus, cum quod ad subjectum, tum quod ad ipsum τὸ ἐν αὐτῷ. animum enim solum, cuius sit affectio, assignat, & in sola boni carētia huius peccati veram rationem sitam esse affirmat. vide infra in Examine Confectarij tertij & sexti.

7. Obiter hic notandus Iesuita noster, quod 1. contradicat suo τὸ ἐν αὐτῷ Bellarmino, qui definitionem Augustini generalem peccati esse vult, cum Costerus specialem actualis eam esse, recte nobisum statuat. 2. sibi ipsi contradicit, cum scribit, infantes peccasse in Adamo, hoc est, peccatum illud actuale commississe, & ibidem, neq; infantes dicuntur peccare aut peccatum committere, sed peccatores esse. 3. nugæ mere sunt, cum distinguit inter conversionem ad creaturas, & aversionem à Deo; quæ differant, ut materia & forma; hoc est (ut ita dicam) realiter, cum tamen non sint duo, sed unum, ut via, quæ Thebis Athenas, & hinc illuc ducit. est enim una defectio, quæ pro diversitate terminorum diversa sortitur nomina. & quanquam, qui se indebitè ad creaturas convertunt, non id sibi proponunt, ut se à Deo avertant, hoc tamen ex illo sequitur. Unde Augustinus: peccatum hominis est inordinatio & perversitas, hoc est, à præstantiore conditore aversio, & ad condita inferiora conversio.

8. SECLINDUM: Omnes homines cum peccato originis concipi: quod negavit olim Pelagius, hodiè Anabaptistæ; utriq; directè. Calvinistæ per consequentiam de Christianorum liberis id asserunt, quos sine baptismo salutem consequi sentiunt, ideoq; vel in illis nullum peccatum inesse, vel hoc eis non imputari dicant necesse est.

9. Omnia hæc probamus: ut & causam huius assertionis, quæ est, quod omnes in Adamo peccavimus, in quo tanquam in radice generis humani fuimus, & ex quo propagati sumus, testantur id præterea cum scripturæ dicta, tum rationes ex ea petite. I. In quibus fructus & effectus peccati originalis se produnt, illi peccato originis sunt polluti, sed in omnibus se produnt, videlicet opera carnis, & mors. E. II. Quos Christus à peccato redemit, quosq; spiritus veritatis de peccato arguit, hi revera eo sunt polluti, sed Christus redemit omnes, spiritus sanctus arguit omnes, siquidem hi scripturæ phrasi totus mundus dicuntur.

10. Quod autem Mariam ab hac universalitate excipit Iesuita, quam peccasse quidem vult in primo parente, sed peccatum sive maculam ex eo non contraxisse: item quod affirmat, si quis à Deo extra propaginem Adami crearetur, eum fore quidem immanem à peccato, sed sine gratia; non dignum æterna pœna, siue non filium inæ: utrumq; improbamus.

11. Præius quidem, sequentibus moti rationibus, cum ex scripturæ fundamentis, tum Costeri concessis deductis, hoc modo: I. Omnes homines nature ordine

proge-

progeniti sunt peccato originis polluti. Maria est homo ita progenita. E. Major ex thesi 9. constat. Minorem nemo unquam negare ausus est. II. Cujus semen opus habuit peculiari sanctificatione, ne a parentibus congenitam labem transfunderet in filium, ea fuit peccato originis corrupta, & in eo concepta. Maria fuit talis E. Majoris veritas elucet ex hoc effato: Quod quis traducere à se & dare alteri potest, necesse est ut habeat. Minor ex Lucæ c. 1. 35. satis firmiter deduci potest. III. In qua fuerunt actualia peccata, in ea etiam fuit originale. In Maria fuerunt peccata actualia. E. Major probatur. Vbi sunt fructus, ibi necesse est, esse arborem. Minorem probat negligentia in conservando filio, Curiositas nimia.

12. Idem ex Bellarmini & Costeri concessis sequitur. Ille enim Mariam esse cum peccato conceptam concedit: hic vero sequentes nobis suppeditat rationes. I. Qui fuerunt in lumbis Adami seminali virtute, & ex primis parentibus nascuntur, revera nascuntur peccatores, infecti peccati macula, & filij ire divinæ. Maria fuit talis. E. II. Si omnes homines sunt peccatores, & cum peccato originali concipiuntur, etiam Maria eo est infecta. Sed illud. E. connexio patet, quia est homo à patre & matre naturaliter progenita. III. Si peccatum originis ad omnes omnino homines transit, & universos ex Adamo progenitos inficit, etiam ad Mariam transit, eamq; infecit. Sed Illud. E. IV. si Paulus neminem prorsus excipit, nec nos ullum excipere debemus. sed illud. E. V. si solum Christum excipit scriptura, quia non est ex Adamo propagatus naturaliter, non etiam Mariam excipit. sed antecedens. E.

13. Mireris hic non immerito hominis subtilitatem, dicentis, solum Christum esse exceptum, & tamen etiam solam virginem Mariam. Illud quidem concedimus, cum expresse epistola ad Hebræos id asserat: Τοῦτο τὸ δὲ ἡμῶν ἐπεπερὶν δεξιερῶς, ὅτι, ἀγγελοῦ, ἀμικρῶ, κεχωρισμῶ, δὲ τῶν ἀμικρῶλων: hoc vero nequaquam.

14. Quod tamen dum ex & cum scriptura facimus, nihil volumus detractum dignitati virginis Mariæ, si modo scripturæ consentaneæ prerogative ipsi tribuantur, videlicet quod I. ipsa est electa & benedicta inter mulieres, ex qua nasceretur fructus benedictus, hoc est, Messias. II. quod virgo fuit partum post, in, & ante suum, & credendo non concumbendo secundata. III. quod ejus corpus & semen fuit sanctificatum speciali modo à spiritu sancto in conceptione, non sui, sed Christi. nam quamvis Mariæ corpus ex concupiscētia mala venerit, tamen eam non trajecit in corpus, quod inde non concepit, ut illud quod nascebatur ex propagine primi hominis, tantummodo generis non etiam criminis originem duceret.

15. Argumenta ex professo apud Costerum ferè invenias nulla: semina ta-

Luc. 2. 43.
 Joh. 2. 3.
 l. 4. de amif.
 grat. & stat.
 pec. c. 16.
 p. 167. l. 31.
 p. 168. l. 2.
 p. 171. l. 11. 21
 p. 175. l. 10.
 ib. l. 11.
 p. 172. l. 1.
 p. 172. l. 10.
 p. 175. l. 12.
 p. 172. l. 13.
 c. 4. 15. & 7.
 26.
 Luc. 1. 42.
 Aug. l. 13. de
 Trin. c. 18.
 Id. l. 5. cont.
 Jul. c. 9.
 Idem l. 13. de
 Trin. c. 18.

p.170. lin.5.

l. 16. 17.

p.175. l.14.15

p.172. l. 14.

21.

p. 1. Ex.

p. 193.

l.5. de amif.

grat. c. 17.

p.169. l.13.

p.170. l.3.

Pfal.119.105.

2. Pet.1. 29.

Pfal.51.7.

men quaedam prohibitionum hinc inde inspergit. nam I. distinguit inter, peccare in primo parente, & peccatum originis contrahere. II. quia Dei mater erat futura, cujus anima in preparatum corpus infusa est, gratia & justitia ornata, atq; ad Deum habitu conversa. & (quemadmodum alijs verbis idem argumentum proponit) cum futura esset Dei mater, singulari privilegio ab hac ignominia praeservari debuit, ne demonis unquam esset mancipium hoc peccato. III. Auctoritatem humanam adducit Augustini ex lib. de nat. & grat. c. 36. & concilij Tridentini.

16. Cum autem verum sit, quod scribit D. Chemnitius, ab expressis generalibus scripturae sententijs de peccato originis Mariam virginem non esse excipiendum, siquidem I. scriptura hoc non doceat. II. mentio hujusmodi alicujus traditionis quasi ab apostolis acceptae apud veteres non fiat. III. nec vetus Ecclesia ita senserit. IV. neq; patres orthodoxi ita docuerint. V. neq; ostendi possit firmis argumentis, age rationes Iesuitae nostri ad Canonem sacrarum literarum examinemus.

17. Prima petit principium. primo enim hoc ex scriptura probandum erat, nulrum interesse inter, peccare in primo parente, & peccatum originis contrahere, cum ipsa ratio dicitur, quod qui peccet, etiam peccatum contrahat, a quo non abhorret ipse Bell. & Costerus. quia igitur in primis parentibus peccavit virgo Maria, peccatum sine dubio etiam contraxit. neq; prius hoc discrimen, quod somniat Ies. verum agnoverimus, quam verbum Dei facem nobis praeserre demonstratum fuerit.

18. Secunda ratio Costeri ita concludit: Quae mater Dei erat futura in peccato originis non est concepta. sed Maria erat mater Dei futura. E. connexionem tripliciter probare videtur: 1. cujus anima in preparatum corpus infusa, gratia & justitia ornata, atq; habitu ad Deum conversa fuit, illa in peccato originis non est concepta. sed mater Dei futura est talis. E. 2. quae habet singulare privilegium, illa non est concepta in peccato originis. mater Dei futura habet. E. 3. quae nunquam demonis mancipium esse debuit, illa non est in peccato originis concepta. mater Dei nunquam demonis mancipium esse debuit. E.

19. R. 1. Neg. Connexionem Majoris. 2. negando simpliciter minorem omnium prosyllogismorum, cum petat in ijs principium. nec enim unquam illud privilegium ex scriptura ostenderit, nec reliqua inde probaverit. quod privilegium autem in jure divino non est fundatum, id neq; in rebus divinis quicquam valet. quod autem anima hominis non infundatur immediate in preparatum corpus, infra probabitur, & David testatur, dum SE totum in peccato a matre esse conceptum, non tantum suum corpus, asserit. ex tertio vero hoc tantum sequitur

quitur, quod Maria in conceptione, non sui, sed Christi, demonis mancipium esse non debuerit, atq; ita committitur ignorat. Elenchi. Distinguiamus enim 1. tempora. 2. inter id, quod fuit Maria ex natura sua, de quo est questio, & quod ex gratia, de quo argumentum. Natura sua erat, ut reliqui homines, mancipium demonis: gratia autem Dei fuit emancipata; 1. generali modo, vi circumcisionis, quæ ad femellas in V. T. pertinebat, eò quod essent ex circumciso parte. 2. speciali modo, cum caro ejus à spiritu S. fuit sanctificata, ut inde nasceretur filius altissimi.

Luc. 1. 35.

20. Tertium argumentum, quod sibi Iesuita putat palmarium, etiam nimis infirmum est. 1. quia ductum à mera auctoritate humana, quæ tantum cum, non contra scripturam valet. 2. quia potest inverti, quod ad Augustinum attinet. nam primum contrarium ex hoc loco liquet, cum quia scopus, tum quia verba reclamant. Ille enim est ut prober, Mariam non traduxisse cum humana natura suam labem, ut alie matres, sed illam sine hac suppeditasse filio. quomodo vero in de colligas? Maria in Christi conceptione peccatum originis ex singulari dispensatione Dei non traduxit in filium. Ergo illa id à parentibus suis non accepit. Illud enim loco allegato probatur, hoc est in questione, atq; ita ignorat. Elenchi in citando committit Cofterus: Verba vero & sensus Augustini immane quantum discrepet! disertè enim dicit, Mariæ gratiam esse collatam ad vincendum peccatum. habuit igitur hoc ipsum, nam alias quid opus fuisset ipsi conferri ad id vincendum gratiam? habuit hoc ex sui conceptione impura: illa ei collata est in Christi conceptione purissima. hoc ex gratia singulari est, quam celebrat: illud ex natura corrupta, quam à parentibus acceperat.

Luc. 1. 48. 49.

21. Secundo Augustinum Augustino opponimus, uni loco falso allegato duosati dilucida & plana. hic enim quomodo generaliter de peccato originis loquitur, & tantum Christum excipiat, eleganter suo more deducit D. Chemnicus, ex l. de fide ad Petrum c. 26. cont. l. l. 5. c. 9.

p. 1. Exama.
p. 191.

22. Concilij deniq; Tridentini tanta est apud nos auctoritas, quanta esse apud Christianos debet, videlicet si quid ex scriptura probaverit, ut fidem illi habeamus: si vero quid præter aut extra eam in articulis fidei ex traditionibus humanis assuerit, bona cum pace dimittamus.

Aug. cont.
Cres. Gram.
l. 2. c. 32.

23. Posteriorum illorum duorum (de quibus th. 10.) quæ præter scripturam fingitur, nimirum falsis hypothesibus, (quæ sunt alterius loci) inò seipsum evertit, pariter rejicimus. qui enim nulla re caret, ad quam in lege tenetur, nec filius iræ est; is iustus & beatus est. gratiam vero illam supernaturalem, quam somniat Iesuita; item penam damni, non sensus, seu tertiam mansionem post hæc vitam præter cælum & infernum, planè ignoramus, quia scriptura non revelat.

Chem. p. 3.
Exama. p. 195.

24. Ter-

p.172. l.26.

24. Tertium: Peccatum originis rectè ab Anselmo describi, quod sit carentia justitiæ originalis debitæ inesse. probat autem hanc definitionem esse perfectam, quia indicet materiam & formam hujus peccati. illam vult esse concupiscentiam solutam, quam velut freno aureo compescuerit justitia originalis, quam mentem voluntatemq; Deo, & passiones inferiores rationi alligavit; hanc vero aversionem mentis à Deo. Voculam, Debitæ, additam vult ut excludatur status Christianorum peccatorum (baptifatorum) qui debito justitiæ originalis non tenentur, tamen ab eis repetenda sit vestis nuptialis Christi meritis parta. Deniq; Anselmi illam definitionem illustrare conatur simili ex Augustino, qua definiat peccatum originis, quod sit concupiscentia cum ejus reatu.

p.173. l.2.

p.173. l.6. 7.
l.2. de pecc.
origin.

25. His omnibus & singulis contradicimus, qui definitionem imperfectionis; causam falsæ hypotheseos; additamentum ejusdem de justitia originali à Christianis non repetenda multiplicis erroris; deniq; illustrationem ex Augustino falsitatis arguimus.

26. Quod ad definitionis imperfectionem spectat, ita argumentamur: Definitio definitio suo angustior, & quæ non complectitur totam definiti naturam, est imperfecta. Talis est illa Anselmi. E.

27. Minor probatur. I. ex scriptura. Quod scriptura 1. non tantum privativum quoddam, sed etiam positivum esse dicit: & quod non tantum est absentia imaginis Dei, sed etiam presentia pessimarum qualitatum, ac depravatio horrenda totius hominis. 2. quod non tantum est in nobis inhæsitæ, sed etiam per imputationem ex alieno delicto, videlicet Adami, id imperfectè & minus rectè per solam carentiam justitiæ originalis debitæ inesse describitur. sed peccatum originis est tale. E.

2. Tim. 3. 8.

Tit. 1. 15.

Rom. 8. 7.

Rom. 2. 15.

Ez. c. 36. 26.

Eph. 4. 18.

Ioh. 3. 6.

Gal. 5. 17.

Gen. 8. 21.

Sap. 12. 10.

Eph. 2. 3.

Iob. 14. 4.

1. Cor. 15. 48.

Rom. 5. 12.

1. v. 15. 16.

Arist. Cat.

28. Assumpti prior pars dupliciter probatur. 1. mens enim est corrupta, polluta: voluntas Deo inimica: cor durum, lapideum, callosum: imo totus homo est caro concupiscens ad versus spiritum, ut de singulis ferè ejus membris & partibus declaratur Rom. 3. v. 11. 12. 13. &c. 2. ex operationibus ejus hoc constat. non enim est ociosum, sed semper fingit nova mala. unde à Mose לִבִּי יִצְרָאֵל, à Paulo $\Phi\epsilon\upsilon\eta\sigma\epsilon\tau\ \tau\eta\varsigma\ \sigma\epsilon\iota\ \rho\eta\theta\omicron\varsigma$: ab autore libri sapientiæ naturale malum appellatur, quandoquidem cum & in natura traducitur, in qua altissimas egit radices, & non est seu assuefactione & imitatione id acquirimus, ut deliravit Pelagius, sed quod habemus, ut luporum catuli ingenium ad rapiendum. Adam enim immundus immundos, mortalis mortales, peccator peccatores progeniit. posterior ita de reatu ex ejus peccato nobis imputato constat, qui in Adamo peccante tanquam in stirpe fuimus, & ut in ipso imaginem Dei accepimus, ita in ipso perdidimus.

29. II. Scripturæ dictis addi potest sequens ratio duplex. 1. Unde verè de-

nomi-

nominamur quales, id est qualitas. A peccato originis vere dicimur quales E. & per consequens, non est nuda privatio seu carentia justitiæ originalis. minor confirmatur. vocatur inde immundi, fetidi, callosi seu fraudulentis, inimici, injusti, perversi. Itaque peccatum originis est immundities, fetor, fraus, inimicitia adversus Deum, injustitia, perversitas. Immundities autem non tantum est privatio puritatis, sed etiam feditatis alicujus aspersio. & sic de ceteris. sicut enim ægrotudo corporalis habet aliquid de privatione, in quantum tollitur æqualitas temperamentis. & aliquid positivum, ut ipsos humores inordinate dispositos: ita hoc peccatum non est pura privatio, dicente alicubi Thoma. & peccatum, inquit Bonaventura, est sicut puiredo in pomo. ut enim illa aufert pomo decorem, valorem, odorem, colorem & saporem: sic peccatum aufert anime decorem vite, valorem gratiæ, odorem fame, colorem formositatis & saporem gloriæ. Quemadmodum a corruptio physica non tantum naturali calore re privat, sed etiam supernaturalem inducit: ita & corruptio spiritalis non tantum hominem justitia privat, sed contra injustitiam secum inferit, quæ se satis prodit, dum non delirescit octosa, sed peccatorum actualium valde magnum edit proventum: quod mera privatio neutiquam facere posset, unde alij illam arbori putridæ noxios fructus proferent: alij fornaci flammam & scintillas eructant: alij denique (sic venia verbo) foetidæ cloacæ tetros vapores exhalant non inepte comparant. 2. In quocumque corpore siue naturali siue politico, quicquid caput facit, illud toti corpori jure imputatur. Adam autem fuit caput & stirps generis humani. E.

30. III. Ex proprijs Jesuitæ verbis idem probare possumus. Reatum enim ex primi hominis transgressione in nos redundantem, agnoscit. vocat peccatum originis concupiscentiam fomitem peccati, legem carnis: ex Augustino affectionalem qualitatem, languorem: asserit voluntatem habitu à Deo esse alienam, in quo cernitur vera ratio originis peccati: quorum nullum in descriptione Anselmi continetur.

31. Causam à Costero allatam falsè innici hypothese, satis notum est ei, cui mysterium meretricis Babylonica non prorsus ignotum est, de quo videatur Bellarm. Est autem hæc: quod etiam in statu integritatis caro ex sua natura & materiæ conditione concupierit adversus spiritum: fuisse tamen prohibitam, quod minus menti rebellaret, à dono gratiæ supernaturali superaddito à Deo, tanquam remedio. & quia in his mera principij petitio est, indicasse falsitatem satis est, supervacaneum eandem prolixè refellere.

32. Omnium tamen instar sint hæc pauca. I. Qui à Deo factus est bonus & rectus, in illo non fuit carnis & spiritus lucta. Homo primus factus est à Deo bonus & rectus. E. & per consequens, ubi nullus morbus fuit, ibi nec remedio ulla opus fuit. II. Quod 1. ad naturam rei pertinet. 2. & sine horribili ejus corruptione

B






ruptione

c. 3. 5. r.
 Ef. 64. 6.
 Iob. 15. 14.
 Ier. 17. 9.
 Rom. 5. 10.
 Pl. 14. 3.
 Prov. 12. 8.
 Iob. 14. 5.
 Psal. 38. 6.
 Esa. 40. 4.
 Rom. 8. 7.
 Rom. 6. 12.
 Psal. 51. 7.
 de diæta
 sal. c. 2.

Sup. th. 8. 9.
 p. 174. l. 26.
 l. 28. 29.
 p. 173. l. 23.
 p. 170. l. 12. 13

de grat.
 prim. hom.
 c. 9.

Gen. 1. 31.
 Eccle. 7. 30.

ruptione deperdi non potuit: 3. cuiusq; reliquie sunt dona naturalia, id fuit donum naturale, non supernaturale ornamentum. Imago Dei fuit talis. E. minorem probamus. I. que in prima creatione speciei indita sunt, ad naturam rei pertinent. Imago Dei fuit speciei indita. E. Minor. Ecol. 7. 30. Gen. 1. 26. 27. ubi notandum, nō tantum dicere eum , sed  ad denotandam speciem in illis duobus individuis tum existentem  2. per quod præcipue dotes in homine perierant, id sine horribili naturæ ejus corruptione deperdi non potuit. At per imaginem Dei amissam perierunt, sapientia excellens mentis, voluntatis reliquiarumq; virium promptum Deo obediendi studium, dominium in animalia omnia excellens &c. que omnia colligens D. Paulus: Omnes peccaverunt, inquit, & destituuntur gloria Dei, quæ est domini imago. 3. Paulus docet,  illas  (ut vulgò vocamus) menti relictas, esse naturæ legem cordi inscriptam. Fundamento autem hoc destructo, quæ ei superstruxerat adversarius, sponte sua corruent.

33. Additamentum deniq; ejus duplex in explicando vocabulo, Debita, multiplici errore laborare statuiamus. Primo n. ipsum vocabulum (Debita, hoc est, ut Iesuitæ obscuras argutias illustremus, quæ debuerat, non, quæ debeat inesse) ad tempus baptismi perceptionem antecedens restringit, quasi debito justitiæ originalis habendæ tantum obligati sint, qui baptismum nondum perceperunt: baptizati autem, licet postea gratiam regenerationis & renovationis in baptismo acceptam excusserint & amiserint, soluti & liberi sint ab eju. dem debito: quod verum esse negamus, qui cum his pejus actum iri statuiamus, qui viam justitiæ deseruerunt. Deinde, si, quod vult Iesuita, verum esse concederetur, definitio latior esset definitio. Illa enim remissio debiti non pertinet ad ipsam essentiam peccati originalis, sed ad ejus accidens. Deniq; turpis confusio legis & Evangelij ea explicatione committitur, dum quæ ad naturam peccati originalis ex lege cognoscendam pertinent, cum ijs commiscantur, quæ eidem superveniunt, tanquam remedium, ex Evangelio ejusq; appendixibus sacramentis.

34. SECUNDO. Quod vestem nuptialem, hoc est, justitiam & gratiam Christi meritis partam à baptizatis tantummodo repetendam dicit, non justitiam originalem; id eo, quo explicatum est à nobis, sensu concedimus: quo modo Iesuita affirmat, negamus. primò n. præsupponit per baptismum omne peccatum tolli, ideoq; nihil posse à baptizatis exigi. deinde per gratiam & justitiam intelligit gratiam gratam facientem, ut vocant, hoc est, sanctitatis infuse habitum in parvulis, ejusq; actum in adultis: cui utriq; figmento contradicimus, & nostra sententiæ fundamenta, quæ ad doctrinam de effectu baptismi, & causa formali justifi-

1. Cor. 2. 14.
Rom. 8. 7.
Rom. 3. 23.
2. Cor. 3. 18.
Rom. 2. 14.
15.

2. Pet. 2. 20.
21.

justificationis pertinent, aliò reservamus. Interim à baptizatis tantum alienam
justitiam Christi, quæ per fidem apprehensa sit, flagitari agnoscimus, non justiti-
am propriam, sive concreatam sive infusam aut acquisitam: sed hujus nostræ li-
bertatis, quâ sumur contra accusationes legis divinæ, causa est donum regene-
rationis, non renovationis nostræ, hoc est, remissio peccatorum gratuita, non san-
ctitas inherens.

35. Postremo, quibus verbis definitio peccati originalis ex Augustino pro-
ducitur, ijs loco allegato non legitur, quod ipse Iesuita non ignorasse videtur, qui
innui eam ait: tantum dicitur, concupiscentiam carnis, quæ inest omnibus natis
& renatis, illis obesse, etiamsi sint de renatis, his vero non, etiamsi ipsum vitium
maneat, donec regeneratione novissima consumatur: quæ omnia de consequen-
tibus & accidentibus concupiscentiæ, non de originali peccati essentia, quæ est in
quæstione, dicuntur. Adde, quod carentia originalis justitiæ debet esse, & con-
cupiscentia, non sint unum & idem, ideoq; illa Anselmi definitio & hæc, quæ ex
Augustino affertur, non adeo similes videntur.

36. QUARTUM: Concupiscentiam, quæ materia originalis peccati statuitur,
non esse concupiscentiæ motû, qui nullus est in infantibus recens natis: neq; habi-
tum aut pronitatem, quæ ad concupiscendum inclinât, quæ pro temperamento-
rum varietate, & ex consuetudine major minorve in diversis, cum peccatum origi-
nis sit æquale in omnibus: sed esse dissolutionem internarum affectionum, & lan-
guorem ex rupto vinculo, quæ omnes vitiosarum affectionum & passionum mo-
tus complectitur, quos Johannes in carnis, oculorum & superbiæ distinguit.

37. In duobus dissentimus: prius est, de concupiscentia ipsa, quam instar ma-
teriæ tantum esse vult, cum pertineat ad ipsam formam peccati originis. poste-
rius de quidditate hujus concupiscentiæ, quæ hoc loco est habitus, non dissolutio
internarum affectionum, quæ nititur fundamento illo falso supernaturalis doni
ablatis, supra destructo.

38. Quod ad prius, duplex notanda est distinctio. 1. Concupiscentia aut est
naturalis, aut contra naturam & vitiosa. 2. aut est actualis aut habitualis hanc
formaliter esse peccatum originis statuimus, non illam, quæ nec materia ullius pec-
cati per se est, nec aliquid vitiosum in se habet, ut reliqua naturalia, nisi jam
post lapsum peccet in excessu vel defectu.

39. De concupiscentia quod affirmavimus probamus. I. Quod peccatû Paulus
Rom. 7. 7. &c. describit, & quod nobis semper crucifigendum est, illud est ipsum
peccatum originis, non actuale. sed concupiscentia est illud. E. II. Ex quo oriun-
tur actualia peccata, illud est peccatum originale. E. Ex concupiscentia, cen-
vitiôsa radice oriuntur. E. Minor liquidò constat ex collatione locorum Ioh. 8. 44.
Rom. 6. 12. Gal. 5. 16. Eph. 2. 3. 2. Pet. 1. 4. Iacob. 1. 14. 15. quibus addi potest sen-
tentia

p. 173. l. 13.

epist. 2. 16

thes. 32.

Rom. 7. 7.
Gal. 5. 24.

cont. Iul. l. 4

c. 1. 2.

entia Augustini. nihil boni agitur de ipsa (hac scilicet concupiscentia) nihil boni agitur ipsa, nihil boni concupiscitur ex ea, sed malum est, quicquid concupiscitur secundum ipsam, propterea sine dubio malum est (culpa) quia non ei consentire, bonum est.

p. 173. l. 18.
19. 20.

40. Sed objicit Costerus: Nullum peccatum originis est diversum pro diversitate temperamentorum, cum sit, e quale in omnibus. Omnis concupiscentia est diversa pro ratione diversorum temperamentorum, & pro differentia consuetudinis. E. Resp. Est in argumento ignoratio Elenchi, quia minor loquitur de concupiscentia naturali, quae pro ratione temperamentorum variatur: aut actuali, quae pro differentia consuetudinis diversa: cum quaestio sit de concupiscentia vitiosa habituali, quae est quasi hujus fons, à quo certè differt rivulus ebulliens diversimodè ex causis accidentibus diversis.

Categ.
Qual.
Aetor. c. 2.
§. 12.

41. Quod ad posterius, cum concupiscentiam habitum esse dicimus, non *ἡμετέριον*, qualis describitur ab Aristotele: nec *θεόδοτον*, qualis est gratia gratis data, & à spiritu S. immediate infusa, ut patet in apostolis & alijs: nec *θεότιον* à Deo rebus in prima creatione inditum, qualis est virtus in sanctis angelis, & imago Dei in Adamo recens creato: sed *ἐμφυτον* seu cum natura corrupta transfusum intelligimus, quomodo *ἐμφυτον κακία* dicitur.

Sap. 12. 10.
p. 174. l. 23.

42. QVINTVM: Rectè hoc peccatum varijs nominibus designari à patribus, quorum quinq; rececet. 1. est, quod dicitur peccatum originale. 2. concupiscentia. 3. fomes peccati: 4. lex carnis. 5. languor nature.

43. Omnia sano sensu admittimus: antepenultimum tamen non exclusivè accipiendum monemus, quasi concupiscentia in baptizatis non sit peccatum, sed fomes peccati tantum: & ultimum infidèle à Jesuita positum esse monendum putamus, cum non tantum languor, sed etiam mors virium præcipuarum, quod ad spiritalia, per lapsum protoplastorum sit illata: de quo in loco de viribus liberi arbitrij uberius tractari solet.

Eph. 2. 1. 5.
Chem. p. 1.
Exam. p. 215
216.

44. Mireris autem non immeritò, tur non potius ea nomina, quae sacrae literae peccato originis tribuunt, recensere voluerit, cum non tantum patres, sed etiam ipse secundum & quartum nomen expressè ponant, ut allegatus à Ies. locus probat. Appellatur autem in ijs, imago Adami, malum signentum humani cordis ab adolescentia, peccatum in quo homo concipitur, immundities, peccatum scriptum filo ferreo & ungue adamantino in tabula cordis nostri, sanguis, improba natura, nativa malitia &c. & in N. T. vocabula haec sunt *ἐμφυτον κακία* ἢ *παλαιὸς ἥμῶν ἄνθρωπος*, τὸ σῶμα τῆς ἀμαρτίας, ἡ ἐναικῆσις ἀμαρτία, τὸ κακὸν προγεννημένον, ὁ νόμος αἰχμαλωτιστῶν.

ex Rō. 7. 23.
Gen. 5. 3.
Gen. 8. 21.
Psal. 51. 7.
Iob. 14. 4.
Ier. 17. 1. 9.
Ezech. 16. 4. 6.
Sap. 12. 10.
Rom. 6: 6.

Ἰωὴν, τὸ σῶμα τῶ Ἰαννάτῃ, τὸ φέρονται τῆς σαρκὸς, ἢ ἀνομιὰ
ἔσα ἐν ἡμῖν, ἢ ἔπερίσσει αἰμαρτία.

45. SEXTVM: Peccatum hoc quamvis amplitudine subjecti remoti sit la-
tissimum, hoc est, omnes omnino homines & universos ex Adamo progenitos in-
ficiat, tamen reatu omnium peccatorum esse minimū, quia minimum habet ex
voluntate, quæ est fons & causa peccati: & proinde quodvis actuale, etiam ex ijs,
quæ venialia dicuntur, sua natura gravius esse. Quod autem nihilominus infan-
tes vita æterna privet, id venire ex actu alieno Adami, qui nobis ab eo propagatis,
in cuius lumbis eramus, ascribitur: à quo nascimur privati iustitia, & mente à
Deo averfi. quæ averfio meretur iram divinam & poenam, licet iustissimam, cum
qua melius sit in æternum esse, quam natum non esse.

46. Singula quæ hic afferuntur, tanquam à vero aliena improbamus. PRI-
mò enim neq; peccatum Originis tantummodo ratione subjecti remoti, sed etiam
propinquæ, quod est anima & corpus omnium hominum, est latissimum. quod
ex scriptura probamus. I. quia totus homo in peccatis concipitur. II totus ho-
mo moritur. nisi n. à peccato per Christum liberetur anima, morte spiritali
æternum; corpus verò temporali perit. III. Contrariè & privativè opposita sunt
in eodem subjecto. Imago Dei & Adami, iustitia concreata, & iniustitia ori-
ginalis sunt talia. E. illa autem fuit in toto homine: qui quia constat anima
& corpore, de utroq; ex scriptura speciatim id planum facimus. quia n. in illa
præcipuæ qualitates hominū integri fuerunt, utpote agnitio Dei, sanctitas & ius-
titia vera, dilectio ardens Dei & proximi, etiam in illa post lapsum erit igno-
rantia, iniustitia, odium Dei. quia item in hoc (corpore) fuit pars imaginis Dei,
videlicet dominium, etiam pars imaginis Adami in eo erit. Antecedens deduci-
mus ex Gen. 9. 6. IV. Quia totus homo renovatione & sanctificatione opus habet,
quod ad animā & corpus. totus itaq; homo, anima & corpore, peccato originis cor-
ruptus & pollutus est, falsumq; proinde est, quod scribit res. peccati subjectum esse
animam, non corpus.

47. SECTENDò, idem peccatum originis nequaquam est levissimum, id
quod ipsam in se sua fæditate horrenda, in fructibus pessimis, peccatis actualibus
omnis generis, & in consequenti reatu, morte temporali & æterna, satis prodit,
unde ita argumentari rectissime possumus: Quod peccatum meretur iram Dei
infinitam, & poenam gravissimam, privationem scilicet vite æternæ, quodq;
omnis peccati actualis n nobis causa est, non est reatu minimum seu levis-
simum. Peccatum originis est tale. E. non est levissimum, sed longè gra-
vissimum.

48. TERTIò, causas similiter levitatis & condemnationis falsas statuimus.

Rom. 7. 17.
20. 21. 23. 24.
& 8. 7.

Eph. 4. 18.
Heb. 12. 1.
Pl. 175. 1. 9.

ib. p. 29.

p. 176. 1. 5.

Psal. 51. 7.
Ephes. 2. 3.
2. Thes. 1. 9.
Gen. 3. 19.

Gen. 1. 27.
Col. 3. 9.
Eph. 4. 19.
Deus. 6. 5.

Luc. 10. 27.
Eph. 4. 18.
Rom. 1. 18.
Rom. 8. 7.

Col. 1. 21.
Rom. 12. 2.
Col. 3. 9.
Eph. 4. 19.

1. Thes. 5. 23.
1. Thes. 4. 3.
& 5. 23.

1. Cor. 6. 19.
p. 176. 1. 14. 15.
Rom. 5. 12. 15.
16. & 7. 23.

Nam quod ad illam, licet gravitatem cuiusq; delicti ex ea ponderandam concederemus, nihilominus grave admodum hoc peccatum censebitur. 1. quod primum ortum habet à primorum parentum voluntate libera. 2. quod in nobis non renatis maximè est voluntarium, præsertim quod ad concupiscentiam, quæ ad ejus esse non minus, quam carentia justitiæ originalis, est referenda. 3. in dicitur etiam in ipsa voluntate hæret.

49. Respondere tamen porro verissimè possimus, quod petat principium, cum nitatur falsa ista hypothese, quasi nullum peccatum sit, nisi voluntarium. Illa enim peccati actualis mortalis est definitio propria, non generalis, quam ponit D. Iohannes, quod sit ἐνοχία, undecunq; etiam oriatur. Iam vero David peccatum in se agnoscit, cum nondum voluntas actu in eo esset: & Paulus etiam id, quod facit non-volens, peccatum esse disertè testatur. quinimo nec in Philosophia, unde tamen desumptum est hoc axioma, semper valet. nam Aristoteles probat, quod, qui habitum alicujus vitij contraxerunt, neq; possunt postea aliter quam vitiosè agere, quamvis nolint, tamen non propterea eorum peccata dicenda sint ἀνεσθία seu involuntaria, quod jam nolint ita agere.

50. Quæritur, quod ad condemnationem ex hoc peccato, ineptè soli actui alieno Adami eam ascribit Iesuita, quæ ad illum & ad corruptionem nobis inhaerentem simul pertinet: quæ non minus maledictioni æternæ nos reddit obnoxios, quam πνευματικὴ καὶ πνευματικὴ primorum parentum. & ex justitiæ divinæ regula in nullum derivatur delicti alterius reatus, nisi in eundem & vitium. Sed, quandoquidem hoc ipse agnoscit, cum aversioni à Deo tribuit meritum iræ Dei & æternæ pænæ, operosè hunc errorem refutare, licet facile possemus, tamen minimè necessarium esse ducimus.

51. Quod deniq; Quinto pœnam illam minimam esse statuit, intelligens pœnam damni non sensus (ut vocant) manifestè petit principium, dum sumit citra scripturam, quæ ex ea sola erant asserenda & probanda. Interim gradus infernalium pœnarum in scriptura constitutos, libenter agnoscimus, quamvis fictos a Pontificijs damnemus, qui super omnem, qui non credit, iram Dei æternam maxime credimus. ac certè, ut ait Augustinus, vitâ æternâ negatâ quid, nisi mors æterna, remanebit?

52. Septimum: In modo propagationis hujus peccati investigando laborasse quidem multos: sed eum esse verissimum, quem B. Thomas post Anselmum explicavit: nimirum licet corpus tantum sit ex parentibus, & in eo nullum peccatum; anima autem, quæ peccati subiectum, à Deo infundatur: nihilominus tamen homo dicatur causa infusæ animæ & parens totius, quia non solum materiam præbet corporis, sed quia materiæ eam præbet vim, ut corpus formetur, & ad ani-

1. Epist. 3. 4.
Psal. 51. 7.
Rom. 7. 15.
Gal. 5. 17.
August. L. 1.
retr. c. 13. &
cont. Iul. l. 3.
c. 5.
3. Ethic. c. 5.
5. 3.

Deut. 27. 26.
Gal. 3. 10.
Ezech. 18. 20
p. 176. l. 4. 5.

Matt. 11. 21.
& 23. 14.
Ioh. 3. 36.
ep. 106.
Chem. p. 3.
Exam. p. 195
p. 176. l. 9.
p. 177. l. 3. 4.

ad animam suscipiendam aptetur. Unde totius autor & causa dicitur, sicut architectus alicujus domus, quam tantum componit, non autem materiam producit. Sed cum natura, quam dat filio, sit non alia ab ea, quam ipse habet, corruptam esse necesse est.

53. Modum verum, quicumque ille sit, quo propagatur peccatum originis, quia scriptura tacet, libenter ignoramus, & sine fidei detrimento ignorari posset cum Costero concedimus, ac cum August. potius videndum, quomodo inde liberemur, quam inquirendum curiosius, quomodo in id inciderimus, putamus: falsum a. modum, quem Ies. nobis obrudit, rejicimus, tum quod probatio deficiat, tum quod conciliatio Thomæ, quæ nititur, nulla sit.

p.177.l.3.
ep.19. ad D.
Hieron.

54. Cum n. sic argumentatur: Qui præbet vim materiæ ad partes conjungendas, is ejus autor est. At homo generans præbet istam vim materiæ. Ergo autor est hominis generati & naturæ corruptæ traductæ. majorem illustrat & probat exemplo architecti, qui non producit materiam domus, sed tantum conjungit, & tamen ejus autor dicitur. Resp. committi in argumento ignorat. Elenchi. aliud enim est in questione, quam concluditur: siquidem de eo non controvertitur, quomodo homo totius compositi autor dici & statui possit, si partium, ex quibus totum componitur, non sit autor: sed quomodo propagari ex parentibus peccatum Originis tanquam accidens totius speciei possit, si non ejus subjectum, citra quod subsistere nequit, non traducatur ex parentibus. Nos autem hic libenter acquiescimus in illo D. Pauli: μή ὑπερὸ τοῦ γενεῶντος φεσῶν, ἀλλὰ φεσῶν εἰς τὸ σῶφροσύνῃ, & cum Ambrosio, non dialecticorum argutijs, sed piscatorum simplicitati credimus.

p.177.l.17.
ib.1.10. 27.
ib. 1.20.

1. Cor. 4.6.
Rom. 12.3.
Chem. p.1.
Ex.
p.167.

55. Thomæ præterea conciliatio, quam laudat Costerus, est futilissima, quod sic licet ostendere. I. Si à parentibus traducitur natura humana, si homo generat hominem, non solum corpus humanum, si dat parens filio naturam humanam corruptam, etjam ab eo traducitur anima, non à Deo creando infunditur. Sed illud, ut ex Enchiridij locis citatis liquet. E. Connexio patet, quia naturæ humanæ seu hominis præcipua pars est anima, & πρῶτον δευτερον peccati. II. Qui partes rei aut compositi vel producit vel conjungit, tantum est ejus autor & causa. sed parens seu homo non producit vel conjungit partes hominis generandi. E. non est causa animæ filij, nec parens sui filij. atq; ita est contradictio in adjecto hoc modo: dat naturam humanam totam, & non dat præcipuam partem, animam scilicet rationalem: dat accidens, peccatum, & non subjectum ejus primum, cui inhaereat.

p.177.l.5.
ib. 1.7.8.
ib. 1.30. 33.

p.177.l.20.

ib. 1.10.23.

56. Sed etjam illa Costeri assertio, quod Deus animam infundat, creet, infundat & creet, infundendo creet (ut scribit expressè) quia satis à reliquis ejus

p.176.l.16.18
p.177.l.14.
26.

societate

p. 176. l. 15.

sociennis de immediata creatione explicatur, hic notanda est. Petit enim principium, & nititur falsa ista hypothesi, quod quæ in scriptura tribuantur Deo, & quæ facere vel creare dicatur, ea immediatè creet. Ita n. idem de corpore ipsi asserendum est, ex dictis Iobi c. 10. 10. 11. & Ps. 139. 5. 13. 15. 16. contra ea quæ asserit. Nos vero quamvis Deum à productione hominis nequaquam secludamus, tamen infusionem istam immediatam & creationem novam ac quotidianam rejicimus.

p. 178. l. 1.

Rom. 5. 19.

Tit. 3. 5.

Ioh. 3. 5.

Ezec. 36. 25.

Ioh. 13. 10.

Sup. aph. 4.

th. 3.

57. OCTAVVM: Baptismo remitti Infantibus peccatum originale, idque decere bonitatem divinam, ut qui aliena operatione peccatum contraxerunt, aliena actione eodem liberentur, & qui contraxerunt illud nativitate corporali, liberentur ab eodem nativitate spiritali. de qua lotionem prædixerit Ezechiel, & Christus.

58. Assertionem ipsam admittimus, modo dextrè intelligatur, nec pro remissione sublatio totalis accipiat, quod faciunt Pontifici, ut patet ex summa doctrinæ eorum de hoc articulo. Causam, cur Deus per baptismum in N. T. remissionem peccatorum offerre & conferre voluerit, sapientiæ ejus inscrutabili relinquitur: eamque nequaquam in adultis testimoniis explicari statuimus, ubi de re tantum agitur, non de causa ejusdem. Iesuitæ v. disquirendum commendamus, quo loco Circumcisionem habeat, cui eandem vim in V. T. à suis non tribui, optime novit: an illa fortè sit actio hominum propria, quod negat Moses & Paulus. Prædictionem apud Prophetam in genere de omnibus medijs, quibus nos abluat à peccato, in primis a. de sanguine Christi, qui mundat nos ab omni peccato, uti concedimus, ita in specie de baptismo non agnoscimus. Testimonium Christi ad prophetias propriè dictas, non nisi ἀνὸς ὁυός, referri statuimus.

Gen. 17. 20.

Rom. 2. 27.

I. Ioh. 1. 7. 9.

Apoc. 1. 5.

Heb. 9. 14.

p. 178. l. 19.

Rom. 8. 1.

p. 178. l. 24.

ib. l. 26.

Cant. 4. 7.

l. 13. mor.

e. 5.

& l. 20. c. 24.

p. 179. l. 5.

ib. l. 13.

p. 181. l. 22.

183.

59. NONVM: Doctrinam nostram, qua concupiscentiæ ejusque in regenerationis post baptismum reliqui motus statuuntur veri nominis peccatum, esse falsam; quod probat quadrupliciter. 1. testimonio Pauli, quo affirmatur, nihil damnationis esse his, qui sunt in Christo Jesu. 2. coacervatione aliquot locorum scripturæ, quibus docetur, puros esse justificatos, sanctificatos, Christum indutos, omni forde mundos, quos abluat baptismus, unde illud, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, etiam in hac vita, ut exponit Gregorius. 3. autoritate Patrum Clementis, Irenæi, Cypriani, Basili, Ambrosij &c. 4. suffragio Conciliorum, Milevitani, Carthaginensis, Tridentini.

60. Falsitatem doctrine nostræ ullam in hac parte inesse negamus, idque fundamentis nostris ex scriptura prolatis, & contra singulis adversæ partis argumentis refutatis planum faciemus, Illa autem sunt rationes ex scriptura deductæ, contra quas plerasque, quia excepit Iesuita, eo ordine illas hic construemus, quas ipse destruere voluit.

61. Quod

61. I. Quod nominatur proprie à Paulo peccatum, etiam proprie dictū peccatum est. Concupiscentia hæc nominatur à Paulo proprie peccatum. E. Minor th. 75. & 78. probatur. II. Quicquid legi Dei per se & simpliciter adversatur, eaq̄ prohibetur & arguitur, est peccatum proprie dictum. Concupiscentia legi Dei adversatur, eaq̄ prohibetur & arguitur, ut agnoscat E. Minor habetur. Rom. 7. 23. 7. III. Quicquid operatur malum culpæ (peccatum) & est malum culpæ, est peccatum proprie dictum. concupiscentia est talis Rom. 7. 17. 21. E. IV. Omnis ἀνομία, ἀδικία & vitium morale seu defectus à lege Dei, est peccatum proprie dictum. Concupiscentia est ἀνομία, ἀδικία & defectus à lege Dei. E. Major. 1. Ioh. 3. 4. & 5. 17. Minor extat Exo. 20. 17. Matt. 5. 28. Rom. 6. 13. Rom. 7. 18. 19. 20. quia ad bonum, quod volumus facere, ineptos, tardos & impotentes nos reddit.

62. Hactenus quæ in Costero nostro citantur probationes: quibus addimus V. Quicquid 1. habet maledictionem annexam. 2. affert mortem: 3. reddit hominem impurum, 4. miserum, 5. magno studio à pijs est crucifigendum; illud est peccatum proprie dictum. Concupiscentia est talis. E. Assumpti partes probantur. I. Deut. 27. 26. non secus maledictio illi legi, non concupisces Exod. 20. 17. & Deut. 5. 27. positæ, adhæret, quam reliquis, idq̄ tanto magis, quanto fide dignior testis Paulus ad legem moralem eam speciatim trahens, cuius hoc est præceptum. II. Rom. 7. 11. 13. III. Matth. 15. 18. 19. Mar. 7. 21. 22. 23. IV. Rom. 7. 24. V. Rom. 6. 6. Gal. 5. 24.

63. Hæc nostræ sententiæ fundamenta sunt: videamus porro, quæ pro suâ stabiliendâ producebat Costerus argumenta. In I. est fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. non n. simpliciter dicit Paulus, quod nullum peccatum seu damnabile sit in sanctis (contradiceret n. D. Iohanni) sed tantum, quod nullum peccatum damnans, regnans, & quidem in ijs, qui sunt & quamdiu sunt in Christo, cuius iustitiâ per fidem imputata non plane peccatum tollitur, sed tegitur. reatus enim per fidem in eum condonatur. & ut eadem dilucidius dicamus: queritur, quid sit concupiscentia in renatis ex se, & producitur dictum, quod ostendit, quid sit per aliud, videlicet per Christi merita ipsis imputata. quæ omnia latius ex scopo Apostoli deducta vide apud D. Chemnicium.

64. In secundo argumento est, 1. fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Sunt n. puri, sancti & c. non inhesivè, perfectè, de quibus Major, sed imputativè, inchoativè. unde rectè dicitur sponsa Christi tota pulchra, puta quatenus est sponsa, & per imputationem eius meriti ac inchoationem novæ obedientiæ est pulchra: eadem tamen respectu culpæ suæ nigra dicitur. Sed nota, quod Costerus suo more disparata confundat, justificationem videlicet cum

C

sancti-

Gal. 3. 10.

sup. th. 59.

I. Ioh. 1. 8.

Psal. 32. 1.

Rom. 7. 25.

p. 1. Exam.

p. 171. & seqq

Cant. 1. 4.

2. Cor. 4. 16.
Serm. 25. in
Cant.

sanctificatione seu renovatione, errore Pontificijs familiari. illa est perfecta, quippe quæ consistit in remissione peccatorum: hæc non item, quippe quæ ad die in diem perficitur. Bernhardus. Potesť sponsa cum pulchritudine utiq; compositionis, nœvo non carere nigredinis, sed sanè in loco peregrinationis suæ. alioquin erit, cum eam sibi in patria exhibebit sponsus gloriæ gloriosam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi. At vero nunc si diceret, quia nigredinem non haberet, seipsam seduceret, & veritas in ea non esset. Quam obrem ne mireris, quia dixit, nigra sum; & rursum nihilominus, quia formosa sit, gloriatur. Quomodo enim non formosa, cui dicitur, Veni formosa mea? Cui autem dicitur, veni, nondum pervenerat: ne forte quis putet hoc dictum, non quidem huic nigrae, quæ adhuc laborat veniendo in via, sed beata illi, quæ jam prorsus absq; nigredine regnet in patria. 2. alij dicunt, esse fall. non causæ, non enim ideo esse renatos puros, quod nihil avoioris amplius sit in illis, sed propter meritum Christi, ob quod persona est Deo grata, licet non item omnia, quæ sunt in ea.

p. 1. Ex. p. 185

Rom. 8. 12
Rom. 7. 25.
Rom. 6. 3. 4.
1. Cor. 15. 53.
Eph. 5. 26. 27

thef. 61. 62.

p. 1. Ex. p.
170. 171.

p. 179. l. 28.

ib. l. 32.

65. Et quia plura dicta in hanc sententiam à Pontificijs solent adduci, libet huc apponere, quod D. Chemn. graviter monet. Si quæ similes sententiæ ex scriptura opponuntur, generalis solutio consistit in his tribus. I. Nihil est damnationis in ijs, qui sunt in Christo, licet carne serviant legi peccati. II. Mortuus sumus peccato, non quasi hoc prorsus sit ablatum, sed ne serviamus ei amplius. III. Cum mortale hoc induerit immortalitatem, erimus puri.

66. Tertium argumentum partim falsum præsupponit, partim dicit. Præsupponit hanc esse doctrinam apostolicam, quam proponit, cuius contrarium ex solo D. Paulo supra abundè probatum confidimus. Dicit omnes patres eam tradere, quod non arbitramur. Et quia affirmanti incumbit probatio, hoc Costero relinquemus negotij, ut omnes pervolvat, & dicta eorum, si potest, appositè citet. Interim quia unum exemplum contrarium totam universalem assertionem infringit, damus Patrum latinorum eloquentissimum & doctissimum Augustinum, ex cuius locis multis pro me id probat D. Chemn.

67. Quarti argumenti propositionem non nisi cum limitatione admittimus: Quod secundum scripturam statuit aliquod Concilium, id verum est. Assumptionis ex propositione in eum modum intellectæ probationem à Iesuita expectamus.

68. DECIMUM: potuisse Christum hanc vim Sacramento baptismi tribuere, ut non modo reatum peccati ablueret, sed etiam omnem concupiscentiam tolleret: at varijs iustisquæ de causis id noluisse, quarum sex enumerat: 1. ut pugnando eam nobis subijcimus, qui levitate peccati ei libertatem dedimus. 2. ut hac pu-

hac pugna victoriam & coronam obtineamus: quia nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit. 3. ut difficultatem pugnae experti ad Dei auxilium recurramus. August. 4. ut peccati impietatem & malitiam experientia discamus & vitemus, à qua in tantum laborem & dolorem inducti sumus. 5. ut Dei nobis iustitia demonstraretur: qui nos labore vult mereri, quod gratis datum abjecimus. 6. ut nobis Dei virtus & potens charitas innotescat: qui gratiam tribuit potentissimum illum hostem superandi, qui humanis viribus vinci nequit.

69. De potentia Dei, siue immediate siue mediate eam exerere vult, nostrum est nihil quicquam dubitare, neq; anxie disputare, de voluntate a. cur cū plus potuerit, minus voluerit, ulterius sapere nobis non licet, quam regula credendarum sacra scriptura permittit: cum qua ut tertiam & quartam causam congruere concedimus, ita reliquas ab ea dissentire statuimus. Prima n. si vera sit, Deus suo sine excidit, cum nos nunquam in hac vita concupiscentiam nobis plane subicere pugnando possumus: quod ipse sequente consecratio agnoscit. & tamen hic in secunda causa victoriam de hoste, nunquam subjugando à nobis pollicetur, & quod ajunt, *ὡς τὸν υἱὸν ἡσ το Ἰησοῦν ἐδδ.* Secunda victoriam, quam habemus in Christo, quod ad satanam & peccata, gratuitam, ad nos laboresq; nostros transfert contra scripturam, & coronam felicitatis accidentalis cum substantiali in vita aeterna confundit. piorum n. operibus non assignatur ipsam celum seu vita aeterna, sed aliquid in caelo, nempe major gloria. Quinta in eadem vita incurrit. vitam n. aeternam nemo potest mereri, quod est Dei donum, & hereditas nostra, quam habemus ex adoptione per filium. de qua re in articulo de justificatione, & alibi commodior agendi locus est. Sexta item iudicatio ex prima dependet, & τὸ ἐν δεξιῇ λαμβάνει. ex scriptura n. probandum fuerat, quod Deus velit hominibus tantam tribuere gratiam, ut potentissimum illum hostem possint superare.

70. VNDECIMVM: Concupiscentiam non rectè ab hæreticis (quo nomine nos intelligit) cum podagra humani corporis comparari: quia hæc dejicit hominem, & exercitatione non tollitur: illa v. pugnando subicitur, viresque perdit.

71. Simile illud, uti quod vis, satis est, si congruat, in quo comparatio fuit instituta ab ejus autore, qui nobis in mentem non venit, & quem allegari a Iesuita oportuit, si rectè de suis iudicari voluisset. Causarum vero, propter quas rejecta fuit, utramq; falsam censemus. Concupiscentia n. sepe dejicit hominem, ut de se affirmat. Apostolus contra negantem Iesuitam, & exercitatione (quæ in abstinentia eorum, quibus fovetur augeturq;, consistit) minuitur podagra: de quo medicorum potius est, quam nostrum, ulterius disquirere.

72. DUODECIMVM: Concupiscentia motus esse triplices. primum, qui vo-

2. Tim. 2. 5.
1. 2. con. Iul.
& l. 13. de
Trin. c. 16.

Rom. 7. 14.
18. 23.
p. 181. l. 7.

Hof. 13. 14.
1. Cor. 15. 54.
1. Ioh. 5. 4. 5.
Heb. 2. 14.
Rom. 2. 6.
Dan. 12. 3.
1. Cor. 15. 41.

p. 181. l. 2.

Rom. 7. 10.
23. 24.

p. 181. l. 11.

luntatem in consensum adducit, si non iniquæ actionis, at illicitæ delectationis diuturnioris: secundum; qui attingat quidem delectatione subita voluntatem, at eam tamen non trahat in consensum. tertium; qui ultra sensum non ascendat, siue sit tantum carnis titillatio, siue solius appetitus sensitivi delectatio, siue improvisum profequendi desiderium. In primo motu esse peccatum mortale, si sit de re in lege divina prohibita; in secundo veniale; in tertio nullum. quæ omnia autoritate Gersonis, item Hieronymi & Augustini, ex quibus duobus posterioribus primus sua descripserit, comprobatur.

Compend.
Theol.

in c. 18. Ez.
l. 12. de Gen.
ad lit. c. 15.

73. Gradus motuum concupiscentiæ agnoscimus: gradus itidem peccatorum in enumeratis recenseri statuimus. Veniale v. sua natura, quod in secundo gradus fingitur, & quod tertio peccatum esse planè negatur, repudiamus. Auctoritatibus patrum siue vetustiorum, siue recentiorum, si quæ in contrarium opponuntur, auctoritatem scripturæ obducimus: quæ sola est regula credendorum & faciendorum in his; quæ ad Christianismum pertinent.

vide th. 61.
p. 181. l. 30.

74. Restat tertio loco, ut quomodo nostra argumenta à Iesuita oppugnentur, videamus. Eorum primum (quod ipse Enthymemati inclusit, & loca scripture, ubi habetur, fraudulenter dissimulavit) nos ita formamus: Quod nominatur propriè à D. Paulo peccatum, etiam propriè dictum peccatum est. Concupiscentia hæc nominatur propriè peccatum. E. Responder Costerus negando consequentiam, rationemq; affert hanc, quod non propriè sed metonymicè dicatur peccatum, per metonymiam tum causæ tum effectus.

1. Joh. 3. 4.
Rom. 7. 7. 8.

75. Nos consequentiam rectè reprehensam negamus, & causam reprehensæ falsam statuimus. non enim impropriè sed propriè ibi vocabulum peccati de concupiscentia usurpat apostolus, quod vel ex hac una ratione constat: Omne quod pugnat cum lege, illud propriè dicitur peccatum. Concupiscentia pugnat cum lege, Non concupisces. E. est propriè dictum peccatum. Plura argumenta videantur apud D. Chemitium. L. C. p. 1. p. 609. & p. 1. Exam. p. 175.

p. 182. l. 2.

76. Quod ad prosyllogismum Costeri, in quo Augustini auctoritatem nobis opponit, spectat, in eo est insufficiens enumeratio & fallacia oppositorum, cum ita colligit: Quod Augustinus dicit nominari per metonymiam causæ & effectus peccatum, non nominatur propriè apud D. Paulum peccatum. restat enim tertia, eaq; propria significatio, qua vox peccati culpam atq; aberrationem à lege significat: Eandem igitur Augustini auctoritatem reponimus ex l. 5. cont. Iul. c. 3. ubi expressè tertiam istam significationem addit, cum scribit: Concupiscentia carnis, cui resistit bonus spiritus, & peccatum est, quia illi inest inobedientia aduersus dominatum mentis: & pœna peccati, quia reddita est meritis inobedientis: & causa peccati, defectione consentientis vel contragatione nascentis.

scntis. Reijci etiam argumentum ipsius potest, quia seipsum evertit, i. siquidem metonymia cause notat causam efficientem, cum peccatum habeat deficientem. 2. ex quo peccatum per se oritur, id est peccatum: nam qualis mater, talis soboles: & qualis arbor, talis fructus. sed sua hic ipsi repono. Quicquid ab origine vitiosa trahitur, ad inordinate concupiscendum formaliter invidat, materiam peccandi ex se subministrat, recte rationi adversatur, omnes vires intellectus, voluntatis, affectuum vitiat, id certe est peccatum proprie dictum. Sed Concupiscentia est talis. E.

p. 174. l. 25.

77. Secundum nostrum argumentum ipse ita citat: Quicquid divina legi adversatur, est peccatum. At concupiscentia ei adversatur. E. Committit autem. i. crimen falsi, dum in majori omittit, per se & simpliciter, nam ita statim tria priora solutionis membra instantie loco data concidunt, siquidem peccatores, heretici, demones non per se nec simpliciter ex sua natura, sed per accidens & secundum quid, quatenus peccatis sunt contaminati & erroribus impliciti legi adversantur. duplex igitur hic est fallacia accidentis & secundum quid. 2. est falli. *επιπερὶ τὸν νόμον* in phrasi, adversari legi. Cum enim apud D. Iohannem sit, *ἡ ἀρετὴ τῆς θεοῦ ἡ ἀνομιὰ*, vulgatus autem verterit, peccatum est quicquid repugnat seu adversatur legi Dei, arrepta hac nequitia larva se obregit vaser Iesuita, cum tamen eam jam ante detraxerit Coloniensibus D. Chem. homo enim est *ἀνομιᾶς* & non *ἀνομιὰ*. quod autem non tantum tercio hoc modo sit prohibita concupiscentia, paulo ante monstratum est. Interim tamen non negamus, hominem impium repugnare legi Dei, nam ex aequo sunt exosa Deo, & qui facit impie & impietas ipsius. etenim quod factum est, cum eo qui fecit, punietur. in quam sententiam simile hoc adducit Bonaventura. Homines propter vinum corruptum non projiciunt in mare vasa aurea aut argentea, sed servant vasa & vinum effundunt. Deus autem non solum peccatum, sed etiam vasa peccati in odium peccati projicit in infernalem paludem.

p. 182. l. 19.

ib. l. 17. 18.

p. 1. Ex. p.

186.

th. 75. 76.

Sap. 14. 9. 10

de diata sal.

lut. c. 2.

78. Quod vero concupiscentia ab Apostolo prohibeatur, ut peccatum, non vero tantum ut causa inducens ad peccandum, patet, quia describit id esse malum, & tale quod legi repugnet, quod mortem asserat, nisi inde liberemur per Christum. Locus Iacobi tantum abest, ut juvet adversarij sententiam, ut confirmet potius nostram: quod patet ex scopo: occurrit enim blasphemie eorum, qui Deum mali autorem faciebant, qui tentet & inducat in malum: & ait, causam peccatorum actualium non esse extra nos querendam, cum sit eorum fons: concupiscentia mala in nobis haerens. mala igitur est consequentia:

Rom. 7. 21.

23.

ib. 24. &c

Rom. 8. 1.

Iac. 1. 15.

concu-

th. 75. 76.
p. 182. 1. 25.

concupiscentia inducit ad peccandum seu peccatum actuale producit. E. eo proprie dictum peccatum non est, cum potius hoc sequatur, ut cuius speciei est genitum, eiusdem etiam sit gignens univocum.

Matth. 5. 28.

79. Tertium argumentum ita proponit: Concupiscentia lege divina prohibita est. E. adversatur eidem quarto modo. Respondet prohiberi tantum ejus imperium. sed in hac solutione 1. est turpis petitio principij & fall. oppositorum, cum ita arguit: concupiscentia actualis & regnans lege Dei prohibetur. E. non originalis seu ipsum vitium. 2. potest inverti. si enim illa prohibetur, multo magis haec, quippe quae sit ejus causa. 3. deniq; Christo in os contradicit. Hic enim, ego vero, inquit, dico vobis, quicumque afficit mulierem, ut eam concupiscat, jam adulteravit eam in corde suo.

p. 183. 1. 1.

sup. th. 49.

Gal. 5. 24.

1. Ioh. 1. 8.

Chem. p. 1.

Ex. p. 189.

p. 183. 1. 8.

ib: 1. 26.

80. Quartum ita format: Hac concupiscentia fit, ut nemo careat peccato E. est peccatum. In hujus solutione committitur petitio principij & fall. oppositorum. non enim id tantum est peccatum, quod omnino est voluntarium. neq; sicut argumentari: propter peccatum regnans non sumus sine peccato, E. propter non regnans sumus sine peccato. quid enim fiet infantibus, in quibus nondum illi motus, & sanctis, qui eam crucifigunt, anne illi possunt dicere, se peccatum non habere, ut quidam deliravit, teste D. Chemn.

Rom. 7. 21.

23. 24.

p. 183. 1. 14.

81. In quinti argumenti, (quod apud eum tale est: Concupiscentia est res mala. E. peccatum est) solutione, confundit malum culpa & poena: ut & in septimi (concupiscentia est vitium. E. peccatum) malum morale & naturalis. de illis nostra argumenta agunt: de his respondet Ies. quando autem concupiscentiam tantum ait esse languorem, non peccatum, petit iterum principium, quia Paulus satis declarat, quale malum intelligat.

p. 184. 1. 1.

Rom. 7. 15.

19. & 23.

Rom. 7. 5.


82. Sextum argumentum apud Costerum est hoc: Concupiscentia est iniquitas E. peccatum. In hujus solutione est petitio principij, cum ait, omnis iniquitas activa est peccatum, non passiva. nam negari recte potest distinctio, cum lex iniquitatem nunquam ita distinguat. 2. cum hoc sit in questione, quomodo concupiscentia sit iniquitas. nos dicimus, quia repugnat legi, & aversiva est: Costerus, quatenus iniquum est, eam esse in homine.

83. Octavum deniq; ex Rom. 7. 7. desumptum, ita solvere conatur, ut falsum praesupponat & principium petat. Paulus enim (quod asserit) non agit de concupiscentia regnante, sed de ea, quam non vult & odit, & cum qua pugnet lex mentis, quae certe non potest esse regnans, cum haec definitur, quod fiat a sciente & volente. Scopus enim Pauli non est is, quem Costerus indicat, sed ille quem ex contextu indicabimus. Respondet enim objectioni tacite, quam petere ex superioribus apostoli verbis quis poterat, hoc

hoc modo: Quod est causa peccati, malum est. lex est causa peccati juxta Paulum. E. Respondet 1. per Insciationem cum abominatione solita. 2. contrarium ex effectorum & pugnantium loco hoc modo probat. Quodcumq; peccatum ostendit & arguit, non est malum, sed bonum. lex peccatum (non causam nec effectum peccati) arguit. E. Minorem probat testimonio sue ipsius experientie speciali exemplo præcepti illius, Non concupisces, declarare. Hoc enim vult apostolus, quod ex illis, quæ urgebant Pharisei, nesciverit, concupiscentiam internam habitualem esse peccatum, nisi quod tandem ex lege Dei agnoverit. Et quoniam Paulus de se regenerato & pio loquitur, quomodo in eo regnaret peccatum seu concupiscentia?

34. Colophonis loco sic habendum: Dominium concupiscentiæ per sanctificationem infringitur: reatus per remissionem peccatorum cum illa collata affertur: operatio seu sensus per mortem tollitur: radix ipsa per destructionem corporis & corruptionem in sepulchris exterminatur, aut etiam per transmutationem subitam aboletur in ijs, quos vivos deprehenderit adventus gloriosus Domini. cui sit laus & gloria in secula seculorum.





centis. Reijci etiam argumentum ipsius potest, quod dem metonymia cause notat causam efficientem, cientem. 2. ex quo peccatum per se oritur, id est peccata soboles: & qualis arbor, talis fructus. sed sua origine vitiosa trahitur, ad inordinate concupiscendariam peccandi ex se subministrat, recte rationi intellectus, voluntatis, affectuum vitiat, id certe est peccatum. Concupiscentia est talis. E.

77. Secundum nostrum argumentum ipse in legi adversatur, est peccatum. At concupiscentia mittit autem 1. crimen falsi, dum in majori omittit ita statim tria priora solutionis membra instantia quidem peccatores, heretici, demones non per se ne sed per accidens & secundum quid, quatenus peccatoribus impliciti legi adversantur. duplex igitur hic secundum quid. 2. est fall. ἀμφιβολογίας in phrasibus apud D. Iohannem sic, ἡ ἀμαρτία δὲν ἢ εἴθε ἔσται, peccatum est quicquid repugnat seu adversatur quicquid larvā se obreget vaser Iesuita, cum tamen Colonienibus D. Chem. homo enim est ἀνομιῶν & non tantum tertio hoc modo sit prohibita concupiscentia est. Interim tamen non negamus, hominem nam ex aquo sunt excosā Deo, & qui facit impium quod factum est, cum eo qui fecit, punietur. in qua dicit Bonaventura. Homines propter vinum corrumpunt vasa aurea aut argentea, sed servant vasa & vinum non solum peccatum, sed etiam vasa peccati in infernalem paludem.

78. Quod vero concupiscentia ab Apostolo prohibetur tantum ut causa inducens ad peccandum, patulum, & tale quod legi repugnet, quod mortem affertur. Locus Iacobi tantum abest, ut iurvet confirmet potius nostram: quod patet ex scopo: occurrunt, qui Deum mali autorem faciebant, qui tunc & ait, causam peccatorum actualium non esse exteriorum, sicut concupiscentia mala in nobis herens. n

the scale towards document

it, i. siquid
abeat def
alis mater,
quicquid ab
vitat, ma
es vires in
ictum. Sed

p. 174. l. 27.

quid divina

p. 187. l. 19.

Com
mitter. nam
vidunt, si
na natura,
nati & er
cidentis &

ib. l. 17. 18.

Cum enim
utem ver
ta hac ne
detraxerit

p. 1. Ex. p.

quod autem
e monstra
re legi Dei.

186.

us: etenim
ile hoc ad
tunt in ma
dens autem
pocit in in

th. 75. 76.

Sap. 14. 9. 10

de diata salu
lut. c. 2.

atum, non
id esse ma
remur per
entiam, ut
obemia eo
in malum.
n, cum sit
nsequentia:
concu

Rom. 7. 21.

23.

ib. 24. &

Rom. 8. 1.

Iac. 1. 15.

